

r Vide Jacob. Le Long Bibl. Sacr. t. 1. c. 2. sect. 9.

s Pall. Histor. Lausac. c. 26.

t Prodom. Copth. c. 8. Ita & Simon. Disquis. Critic. de variis Bibl. Edit. c. 21.

u Pil. Epist. ad H. Ot. Mill. Prolegom. ad N. T.

niensi an. 1675. publici juris facta sunt. Suspicantur nonnulli (r), ipsa S. Antonii aetate, tertio nempe saeculo exeunte & inente quarto, Aegyptiam Versionem aliquam jam obtinuisse; vir enim ille Sanctus, qui nonnisi Aegyptium sermonem norat (s), majorem Scripturarum partem memoriâ complectebatur, & datâ occasione in colloquiis suis earum sententias apud laudabat. P. Kircherius (t) censet, circa medium quarti saeculi coeptam Versionem Cophticam adornari; quam ille opinio- nem probat ex fide vetusti Cophtici Mar- tyrologii, referentis, Monachos ejus aetatis in vertendis ex Graeco, Hebraeo & Chal- daeo in Cophticum Sacris Libris potissimum occupari. D. Pisk (u) Versiones Cophticas non nisi ab octavo saeculo vel prius ali- quanto revocat. Ceterum Cophticus ser- mo inter priores illas & matrices linguas habetur; vetus est enim Aegyptius, quam- vis maximè corruptus.

VERSIO PERSICA.

x Vide Mill. Prolegom. in N. T. G. Pro- leg. 1369.

Dux circumferuntur Persicae Versio- nes: recentior ex Graeco adornata, curâ Abrahami Vecloch, linguae Arabicae Cantabrigiae professoris, publici juris facta est: vetustiore & melioris notae Syriae expressam, Valtonius in suis Polyglottis (x) impressit. Posterior haec satis fidelis quidem, interdum tamen à Textu recedit, & glossas quasdam minus necessarias addit.

VERSIO ARMENA.

y Uscam Epi- scop. Armen. apud D. Si- mon. Histor. Critic. V. T. l. 2. c. 16.

z Georg. Alex- and. qui cla- ruit an. 620. & post eum Sixt. Senens. l. 6.

a Author vita S. Mesrop. apud P. Le Long Bibl. Sacr. c. 2. sect. 8. p. 230.

b Mill. Pro- leg. 1402.

Versionem Scripturarum suam Armeni ad S. Chrysostomi aetatem spectare arbitrantur (y); adornatam vero autumant duplicis Scriptoris opera, Moysis scilicet Grammatici, & Davidis Philosophi. Ex Graeco tota tam quoad Vetus, quam ad Novum Testamentum expressa est. Prodiit Antuerpiae primum A. 1666. dein- de alibi pluries. Sunt qui illam tribuant S. Chrysostomo (z), dum in exilio suo Cucusa detineretur; alii vero tradunt (a), B. Mesropam consilium agitantem tradendi gentilibus suis Armenam Scriptu- rarum Versionem, misisse sub Theodosio juniori duos de Discipulis suis, Eznar & Josephum, ad urbem Edessam, ubi juncta simul opera Versioni incumbere. Ador- narunt igitur Opus ex Syriaco Textu. Sed utraque haec opinio ejusdem est fidei & auctoritatis. Constat sanè, Armenam Ver- sionem è Graeco repetendam (b), quo tamen Authore, incertum.

VERSIO GOTHICA.

c Vide Mill. Proleg. 1396. & Praefat. in N. T. Goth.

Ulphilas, qui circa annum, J. C. 360. Episcopum Gothorum agebat (c), Gothicae Versionis est Author. Ab eo vi- ro inventos characteres Gothicos tradunt Socrates, Sozomenus, & Philostorgius; addentes, veritè illum pariter universam Scripturam, solis Libris Regum exceptis. Id autem eo consilio à viro praestitum,

quod timeret, ne tot bellorum, quae in Libris Regum leguntur, lesione, bellico- sa gens & fera plus nimis animaretur.

Porro Versio ista longâ oblivione sepul- ta mansit, donec fragmenta quaedam Mss. in Abbatia Werdinensi, non longè à Co- lonia, reperta sunt. Codex erat membra- naceus vetustissimus, argenteis scriptis cha- racteribus, quin & aureis initialibus liti- ris ornatus; hinc nomen inditum Exem- plari, Codex argenteus. Emptum est 500. ducatis pretiosum illud vetustatis monu- mentum à D. de la Gardie Sueciae Can- cellario, quod deinde exscribens Franci- scus Junius, publici juris fecit A. 1665. ad- ditis Notis D. Mareschalli, & Lexico.

Ulphilas Arianam sectam profitebatur: verum si ve opus adornavit antequam à fide descisceret, si ve eâ, quam profiteba- tur, ingenuitate, si ve metu ne doli mali convinceretur, illud planè constat, loca omnia, quibus maximè haeresis impugna- tur, integrâ fide in ejus Versione servari. Unus est in cap. 13. S. Joannis Textus, qui suspicandi ansam praebet; sed facta ejus cum altero ejusdem Interpretis loco collatio, ab omni illum fraudis suspitione liberat. Fidem secutus est veteris & probatissimi Graeci cujusdam Codicis, cujus ille sinceritati sinceritate sua adeo re- spondit, ut perisse reliqua hujus precio- sissimi monumenti aegre feramus.

Maxima omnium, quae ex Versionibus haec utilitas deducitur, illa est, nimirum constare ex illis quam secuti sint legen- di rationem veteres codices, unde Ver- siones illae exprimentur; alioquin enim in scientia Graecae Linguae nostrâ aetate nihil vetustis illis Interpretibus conce- ditur. Sed de genuina & vetusta Graeco- rum originalium lesione non satis convenit, quod Exemplaria Graeca discrepare plurimum hodie deprehendantur. Quare commodissimè accidit nosse quam lesio- nem Veteres secuti sint, ut certa in no- stris Exemplaribus determinetur.

De Versionibus quâ Latinis, quâ ver- naculis nostrae aetatis nihil agendum du- cimus in praesenti, tum quod ab intento nimis abduceremur, cum etiam quod la- boris par fructus non responderet. Gal- licam Versionem ad Latinum Textum & ad Vulgatam tunc etiam in Commentario sequuti sumus, cum Graecus Latino melio- ra praefere videretur. Sedulo pariter ali- cujus momenti variantia tam Graeci & La- tini quam Graecorum Exemplarium, ad infimas paginarum oras, ne Textus nimis inferretur, adnotavimus.

Porro eandem in Novi Testamenti in- terpretatione, quam in Veteris, methodum sequuti sumus, nisi quod plus aliquid in Novo laudavimus ex PP. Graecis & Lati- nis, genuinis scilicet divini hujus Ope- ris Interpretibus. Junximus Authores Ca- tholicos unâ cum illis, Ecclesiasticae tradi- tionis in sensu Sacri Textus seriem conti- nuantes. Nec in rebus criticis, & litera- libus Textuum expositionibus Authores Protestantæ negleximus. Fatemur autem ingenuè, plus externè opis retulisse nos in Novi

Novi quam in Veteris Testamenti inter- pretatione, quod Graecum N. T. eloquium plus multo innotescat, quam Hebraeum Veteris. Major sanè fuit difficultas in- conciliandis inter se Evangelistis, & mente S. Pauli attingendâ; minima profectò in genuina verborum significatione pandendâ.

In historia Harmonica & Chronologica juxta quatuor Evangelistas eam Chrono- logiam secuti sumus, quam D. Toynar- dus statuit, cujus docti viri Harmonia- nuper typis excusa est. Censemus autem cum peritissimis Chronologistis Aetam Vul- garem Ecclesiae Latinae usum post Diony-

siam exiguum receptam, nempe post saeculum sextum, triennio ferius veram Epo- cham ab exorto Jesu Christo repeti, adeo ut quo loco nos hodie annum Jesu Chri- sti 1715. supputamus, statuendus esset an- nus 1718. Aequivocationi autem tollendae in annorum adscriptionibus duplicem Epo- cham consignamus, vulgarem nempe, & ve- ram; ut primus J. C. annus juxta Aetam Vulgarem respondeat quarto J. C. juxta Epocham genuinam; & cum J. C. diem- clausisse statuatur Aetæ Vulgaris anno 33- atatis, ejus loco juxta veram Chronolo- giam scribendum esset, aetatis 37.

IN EVANGELIUM S. MATTHÆI PROLEGOMENON.

a Marc. 2. 14. Luc. 5. 27.

b Hieron. in Matth.

c Chrysol. 1. 6. homil. 28.

d Mar. 2. 13. 14. Luc. 5. 28.

e Mar. 2. 14. Vidit Levi Alphae seden- tem ad teloni- um.

f Chrysol. hom. 23. Theodoret. Psal. 67. ver. 28.

g Grot. ad Mat. 9. 9. Vi- de & Cleric. in Homm. ad Luc. 5. 27.

S. Matthaeus Evangelii, quod modo exponendum suscipimus, Author, Alphaem habuit patrem (a), patriam Galliam, Religione fuit Judaeus & professione Publicanus. Publicanum egisse ceteri Evangelistae non satis exprimentes Levi tantummodo appellant, quod scilicet inivum esset apud Judaeos & professione Publicanus. Publicanum egisse ceteri Evangelistae non satis exprimentes Levi tantummodo appellant, quod scilicet inivum esset apud Judaeos & professione Publicanus. Publicanum nomen, & munus [b]. Sibi tamen vir Sanctus eâ cautione utendum non censuit; sed nomen suum & munus palam annunciat, quod beneficii à J. C. accepti, Apostolatûs nempe, magis magisque donum commendaret, suoque demonstraret exemplo de miseratione Dei nemini desperandum (c). Urbis Capharnaum incolae telonium habebat extra Urbem positum, in litore maris Tiberiadis (d); unde transiens Jesus Virum ad sui sequelam invitavit.

Cognomen illud Alphae sive filii Alphae, quod apud S. Marcum (e) obtinet, sus- picionem movit Veteribus nonnullis (f), cui fidem addunt Graeci recentiores, fra- trem habuisse S. Jacobum filium Alphae sive minorem, cujus tamen opinionis nulla species est veritatis.

Conjecturas quasdam Grotius (g) con- gessit adversus receptam illam opinionem, qua S. Matthaeus cum Levi filio Alphae, de quo SS. Marcus & Lucas, confundit. Observat ille; 1. S. Matthaeo nunquam adjectum Levi cognomen, nec vicissim Levi nomen S. Matthaei in omnibus N. T. Libris; 2. Heracleonem, à S. Clemente Alexandrino lib. 4. cap. 5. laudatum, Mat- theum & Levi in duos viros distinguere, nec ejus sententiam S. Clementem refutasse; 3. Origenem contra Celsum lib. 1. scripsisse, Levi Publicanum, qui Jesu Chri- sto comes accessit; inter Apostolos non recenseri; nisi, ait, in quibusdam Exem-

plaribus S. Marci. Profectò Exemplaria, quaedam illius Evangelii & inter cetera Mss. Cantuariense legit Marc. 2. 14. Jesus vidit Jacobum filium Alphae, alia legunt: Vidit Mattheum Publicanum; pro eò quod in Vulgata & plerisque Codicibus tam- Mss. quam impressis Graecis legitur Levi Publicanum. Addit Grotius, Levi praef- suram facile gessisse telonii; Mattheum vero ministrum ejus fuisse; & convivium, de quo S. Matthaeus, non in Matthaeo do- mo sed Levi instructum.

En Grotii conjecturas, quas minus ha- bere ponderis agnoscimus, ut contra Ve- terem opinionem assertam adeo, omnibus- que historiae circumstantiis congruentem, quemadmodum ipse etiam Grotius fatetur, valeat. Heracleonis auctoritas, Originis du- bitationes, silentium S. Clementis, quorundam Mss. lectio tantine faciendâ est, ut Codicum omnium, & perpetui omnium Scriptorum assensus, tum & 17. saeculo- rum possessionis fidem enervet?

Faustus Manichaeus olim, scriptum à S. Matthaeo Evangelium, quod ejus nomine habemus, negandum sibi susceperat; quod scilicet, cum in eodem Evangelio ejusdem Matthaei vocatio refertur, non scripserit Sacer Historicus: Jesus vidit me, & ait mi- hi, sequere me. Bella Authoris ratiocinatio, digna sanè, cui adeo solida, & gravis Au- gustini refutatio opponeretur (h). Rufi- nus l. 10. c. 9. & Socrates l. 1. c. 19. alique nonnulli (i) tradunt, S. Mattheum in Aethyo- pia Evangelium annunciasse; in Perside sive apud Parthos S. Ambrosius in Pl. 45. S. Paulinus [k], alique. Incerta omnia; & cum non raro apud Authores Aethyo- pia nomen latissimo sensu usurpetur, de- signatam facile credimus eo nomine Pro- vinciam quandam Regni Parthorum, ex quo nullo negotio utraque haec sententia conciliaretur.

h Aug. l. 1. 17. c. 4. contra Faust. Manich.

i Eucher. qu. l. 1. p. 379. Fortun. l. 5. c. 1. Gregor. in Reg. 9.

k Paulin. carm. 26. Ita Martyrolog. sub nom. Hieron. & alii.

Euseb. hist. Eccl. l. 3. c. 24. Christ. in Matth. hom. 1. Iren. l. 3. c. 1. Hieron. de vir. illust. alii- que. in Euseb. Iren. n. Euseb. De- monst. l. 3. c. 24. & Mss. Græca Evan- gelii secund. Matthæum ad calcem. Ita. Chrysost. Theo- phys. &c. O. Ita Codd. Mss. plures, Syr. Arab. Per. Athan. in Synopsi. Iren. Origenes. Hier. Epiph. Chris. Theophyl. Eu- thym. alii pas- sim. p. Athanas. in Synopsi. de Matth. Theo- phys. Euthym. in Matth. Ni- cephor. l. 2. c. 45. Euseb. in Chron. q. v. Not. 5. Tillemont. in S. Matth.

Orig. hom. 8. in Matth. Iren. apud Euseb. l. 5. c. 10. Hieronym. in Catalog. Epiphani. Ha- res. 29. Theo- dor. de heres. &c. Epiphani. ha- res. 29. c. 7. Euseb. l. 3. c. 25. Hieron. Eccl. l. 3. c. 25.

Vide Hieron. in Catalog. V. Matthæus, & V. Jacobus, & in Matth. 12.

Antequam de Judæa digrediens in remo- tas Provincias Evangelii annuuciandi gra- tiâ proficisceretur (1), quod Fidelium Palæ- stinæ votis annueret, ea quæ viva voce prædicaverat, literis mandare aggressus est. Scripsit ergo Evangelium, bonum nempe nuncium salutis, & libertatis, quam J. C. mortalibus omnibus largitus est. Apo- stolorum precibus, & iussibus ad eam rem virum sanctum impulsus Patres non- nulli (m) asseruerunt. Scripsit Jerosoly- mæ (n), usus sermone Hebræo, sive Syri- aco, Palæstinis Judæis tunc temporis ver- naculo (o). Ea res tanquam certa à priscis omnibus Scriptoribus traditur.

Opus hoc suum suscepisse (p) refertur S. Matthæus anno octavo post resurrectionem J. C. & 41. aet. vulgari. Eam temporis adscriptionem servant in calce operis ve- tera omnia Græca Mss. Omnium primum scribendi Evangelii consilium ab eo suscep- tum tradunt SS. PP. cuius rei argumen- tum est pariter ordo, quem in omnibus Exemplaribus N. T. tenet; est enim omnium Evangelistarum primus. S. Irenæus l. 3. cap. 1. scripsisse perhibet circa an. Ch. 61. eum, ait ille, eo tempore se ad opus ac- cingeret, quo SS. Petrus, & Paulus Ro- mæ Evangelium annuuciantes Ecclesiæ J. C. fundamenta locabant. Verum eo semel admissio, nimirum S. Matthæum omnium primum Evangelium scripsisse, & S. Mar- cum suum illud adornasse circa a. 43. epo- cham S. Irenæi deseruisse cogemur (q). Cornelius à Lapide, Baronius post Autho- rem imperfecti in S. Matthæum autumant, scribendi occasionem dedisse primam Apo- stolorum dispersionem, circa 3. vel 4. annum à J. C. in Cælum recepto. Sed ejus disper- sionis anno incerto nihil exinde certi de- duceretur.

Summo Veterum assensu traditum est, hoc S. Matthæi Evangelium Hebræico ser- mone vel Syro tum temporis Palæstinis vernaculo scriptum fuisse (r). Chaldaico Syroque sermone, sed Hebræicis literis, scri- ptum, ait S. Hieronymus advers. Pelag. lib. 3. cap. 1. Judæis Palæstinis ad Christia- na sacra translatis usibus servit, qui ob- dionem Urbis per Romanos vitaturi Pellam Urbem Transjordanam digressi unâ illud transtulerunt. Inde per totam Decapolim & Transjordanam regionem scriptum illud obtinuit, quo pariter usus ejusdem Regio- nis Christianos etate S. Epiphani [s], & Eusebii (t) constat.

Codicem quandam Evangelii S. Matthæi vel secundum Hebræos præ manibus habuis- se & Græcis Latinisque literis tradidisse se S. Hieronymus testatur. Addit insuper lau- dari idem Exemplar ab Origene; neque ambigere se, quemadmodum nec S. Epiphani- um ipsum esse Autographum S. Matthæi; quamquam à Christianis Hebraizantibus, quorum plerique parum sanctæ purioris fi- dei depositum servarint, in pluribus inter- polatum (u).

Prima igitur huic interpolationi via- aperta est, quod plura ex ipsis Apostolis sive prioribus Discipulis audita addenda reputarunt. Hinc creata in Evangelium,

illud penes ceteros Fideles suspicio. Dein- de semel aperto interpolandi Textum aditu, Ebronita addenda sibi plurima atque detrahenda, prout erroribus suis condu- ceret, susceperunt; ex quo ceteris Fideli- bus rejiciendi Operis occasio data est. Ip- sa Origenis etate, i. e. secundo seculo [x], & Sacrorum Librorum autoritate Evan- gelium illud exciderat. Inter Apocrypha- rejicit Eusebius; quæque ex eodem Evan- gelio apud S. Ignatium, S. Clementem Ale- xandrinum, S. Hieronymum, & alios lau- dantur ex eodem Evangelio sententiæ, fru- strâ in Græco quaerenda, illius interpola- tionem satis superque demonstrant.

Puerilia etiam plura & erronea in eod- em Libro legebantur, ut illud de juve- ne, cui à J. C. denunciatum: *Vade, & ven- de omnia, quæ habes, & da pauperibus;* quem juvenem legimus in eodem Evan- gelio ab ille scalpentem sibi caput (y). Jesu- sum Christum invitum à S. Joanne aquâ Baptismatis unctum ex eodem Evangelio refert S. Hieronymus lib. 3. contra Pelagium cap. 1. Laudat etiam ex eodem Evangelio Hebræorum S. Hieronymus in Epist. ad Ephes. 5. 4. illam sententiam: *Nunquam ta- ti sitis, nisi cum fratrem vestrum videritis in charitate.*

S. Clemens Alexandrinus Strom. lib. 1. refert ex eodem: *Qui admiratus fuit re- gnabit, & qui regnaverit requiescet;* & il- lud: *Secretum meum mihi, & omnibus Do- mus mea.* Potuit tamen posteriorem hanc sententiam decerpisse S. Clemens ex Evan- gelio secundum Aegyptios interdum ab ipso laudato. Origenes in Joannem cap. 2. lo- quentem inducit Jesum Christum juxta Evangelium secundum Hebræos: *Modo ac- cepit me mater mea S. Spiritus unum ca- pillorum meorum, & me in montem ma- gnum Tabor portavit.* Cursum hic adnotan- dum Hebræum *Rouab* nempe *Spiritus*, vo- cem esse femininam; hinc data occasio il- lis verbis: *Mater mea S. Spiritus.* Hæc pariter verba S. Spiritus ad Jesum Chris- tum fluentis Jordanis post Baptismum S. Joannis ascendentem legantur: *Fili mi, ego expectabam adventum tuum in omnibus Prophetis: Tu es filius meus dilectus, qui in aeternum regnas.* Et alibi (z): *Et ecce mater Domini & fratres ejus dicebant ei: Joannes Baptista baptizat in remissionem pec- catorum; camus & baptizemur ab eo. Dixit autem eis: Quid peccavi, ut vadam & baptizet ab eo? Nisi forte hoc ipsum quod dixi ignorantia est.* Plura essent alia ex eodem Evangelio congerenda, quæ nos op- portune in Commentariis laudavimus.

Non abs re credimus, ipsum esse He- bræicum S. Matthæi Evangelium, quod no- mine Evangelii duodecim Apostolorum à pluribus laudatur (*). Ita enim à Chris- tianis Hebraizantibus appellatur, raris il- lud ex Apostolorum Collegio se recepisse, atque in eo collecta omnia, quæcumque è loquentium iporum ore aucltata fue- rant. Dicitur est etiam Evangelium Naza- reorum (x), quod eo uterentur primi illi Christiani Nazareæ, ex Nazareth Jesu Christi patria appellati. Nihil probrosum pri-

x Hom. 8. in Matth. Edit. Latin.

y Vide Orig. in Matth. c. 8.

z Hieron. l. 3. contra Pelag. c. 1.

* Apud Ori- gen. homil. 8. in Matth. Ambros. Præm. in Luc. Hieron. l. 3. con- tra Pelag. c. 1. a Iren. l. 1. c. 26. & l. 3. c. 11. Hieron. in Matth. 12.

b S. Ignati. apud Euseb. hist. Eccl. lib. 3. cap. 36. S. Hieron. in Matt. S. Epiph. ha- res. 20. in fin. Evangelium. illud tanquam genuinum S. Matthæi lau- dant. c Hieronym. in Isai. 8. 9. & 29. 20. & 31. 6. & 9. 2. d Theodor. ha- res. Fabul. l. 2. c. 2. e Fragm. Se- rapion. f Euseb. l. 6. c. 3. Origen. in Matth. pag. 232. Edit. Huet. g Clem. Alex. l. 5. Strom. h Euseb. l. 6. c. 12. Hist. Eccl. i Orig. Clem. Alex. Euseb.

k Grot. in- Comment. in. Matt. Huet. de Claris In- terpp. S. 12. Heidegger. En- chirid. Bib. l. 3. c. 2. Mill. Proleg. 1236. l Tit. Bosta in ms. Colleg. no. apud Mill. Proleg. p. 120. col. 2.

m Luc. 1. 2.

primò nomen illud sonabat; deinde Here- ticos certæ cujusdam sectæ denotavit; qui aded Legalibus cæremoniis hærebant, ut nullam absque illis restare salutis spem blasphemarent.

Diù quidem hujus Evangelii sanctum in- tegrumque depositum mansit penes Naza- reos sive priores Fideles (b), mansit, in- quam, etiam post ejus interpolationem, fraude Ebronitarum, qui factâ à fide seces- sione plura in Divinitatem J. C. & virgi- nitatem B. Mariæ erronea effutierunt.

Erant etiam S. Hieronymi etate Naza- reæ (c), quibus nihil tale ac Ebronitis ex- probrabatur. Nihil ex Evangelio detraxer- ant, nullam ex traditionibus Pharisæicis recipiebant; quanquam alioqui observati- ni Legalium inhærerent.

Docet etiam Theodoretus (d), adjectam pariter Evangelio Nazareorum inscriptio- nem; *Evangelium S. Petri (e)* sive *Evan- gelium secundum Petrum (f)*. Utebantur eo S. Petri Evangelio Doctes hæretici se- cundi sæculi, blasphemantes Jesum Chris- tum in speciem tantum natum, in spe- ciem pariter mala passionis mortemque ip- sam tolerasse. Hujus sectæ Authorem se- duemque præbuit Julius Cassianus (g), discipulo Valentini, qui sub Imperio Marci Aurelii novâ hæresi Ecclesiam afflixit. Serapio Episcopus Antiochiæ sub Commodò cum Marciano ejusdem Cassiani Discipulo conflixit (h).

Prædicatio S. Petri (i), qua Heracleoni- Valentini amicus utebatur, ipsum erat Evangelium secundum Petrum, de quo im- præsentia. Omnes porro hæretici illi è cœtu priorum Fidelium ex Hebræis seces- sionem fecerant; quare omnes idem præ- ferebant Evangelium; singuli prout sibi commodum censebant addendum sibi ali- quod detrahendumque susceperunt; reap- te tamen idem erat omnibus Evangelium He- bræicum S. Matthæi.

Originale S. Scriptoris Evangelium hodie perit; quæ enim publici juris facta sunt à Muntero Basilæ 1533. à du Taillet Parisiis 1555. nullius sunt authoritatis, & ex Latino expressa, atque recentiora ab Eruditis creduntur (k). Quædam etiam in illis ad Rabbiorum genium expressa ani- madvertuntur; quibus aliisque characteri- bus suppositionis & novitatis notâ meri- tissime Exemplaria illa inusta sunt. Mun- teri tamen præ altero mendosius, utpotè ex Autographo mutilo & imperfecto de- scriptum.

D. Millius post Titum Bostrensem (l) autumat, *Evangelium Hebræorum*, de quo huc usque, recentissimè post passionem, Jesu Christi proculsum à Viro aliquo Fide- li Jerosolymis versante, qui Jesum Christum facie norit, & ex illis Evan- gelii unum censet, quemadmodum & Evan- gelium Aegyptium, quorum S. Lucas in ipso Evangelii sui exordio meminit, testa- tus historiam rerum ab initio gestarum plures scribendas suscepisse (m). Porro conjectura ista certum constituit, quod nobis suspiciosum maximè creditur vel etiam absolute falsum; nimirum Evangelium He- bræicum S. Matthæi.

brorum aliud esse ab Evangelio Naza- reorum, sicut & ab Opere S. Matthæi di- versum. Arbitramur enim omnia hæc scri- pta variis tantum additamentis, sicut & detractionibus quibusdam Hæreticorum in- juria factis inter se discrepare.

Huc usque à nobis deducta de Origina- li Hebræico S. Matthæi in dubium à non- nullis nostræ etatis Criticis revocantur (n). Statuunt nimirum illi S. Scriptorum Græ- cis literis Opus suum mandasse, & quæcum- que de Evangelio illo Syriacè, Chaldaicè, sive Hebræicè (o) scripto à SS. Patribus feruntur, sive falsa esse, sive incerta, vel saltem præpostè intellecta. Non satis enim inter Veteres ea in re convenit, nec sin- guli aliquando secum ipsi coherent. S. Hieronymus interdum velut eximum. Opus commendat (p), pluribus laudat; cum tamen de reformandis Exemplaribus N. T. sive jussu Damasi vertendo Evan- gelio agit, Originali illo neglecto ad Græcam veritatem recurrit (q). Origenes laudat quidem sepè (r); interdum tamen levissimè esse autoritatis Opus designat. S. Epiphanius, qui semel illud tanquam authenticum non sine elogio usurpat (s), alibi tamen suggillat tanquam mutilum & corruptum (t).

Cum autem Græca lingua vulgaris in- Palæstina eâ etate haberetur, è re maxi- mè fuerat si Græcis literis S. Matthæus Opus suum traderet; quippe quod popu- lis è vulgo pontis, quam Sapientibus scri- beretur. Profectò scriptum Hebræicè Opus, cui oblivioni tandem traditum perisset? Nemine enim dissentite Hebræica illa Evan- gelia post aliquot annos excusa longè di- versa sunt ab Originali S. Matthæi; quod idem judicium de Syriaco ferendum est, quidquid in contrarium Editores ejusdem Testamenti Syriaci admittantur. Addunt insuper, vix fieri potuisse ut Opus à S. Matthæo Hebræicè scriptum, Græcas in- terpretationes nominum Hebræorum præ- ferret, quæ tamen in Evangelio S. Mat- thæi spectantur. Numquam etiam ejusdem Auctor testimonia Scripturæ è versione Septuaginta laudasset. Porro tum tempo- ris vulgaris erat per univèrsam Imperium Græcæ linguæ usus in familiaribus con- suetudinibus; ut S. Paulus Græcè ad Ro- manos scriberet, & SS. Petrus, & Jaco- bus Epistolas darent Græcas ad Judæos di- sperfos; quemadmodum Sanctus Paulus ad Judæos Palæstinæ. Ut quid igitur unus S. Matthæus inter omnes Novi Testamen- ti Authores Græcè scribentes Hebræum affectasset? Fulcienda pariter huic senten- tiæ Rabbiorum suffragium petitur, pro- nunciantium piculare esse Libros Sacros alteri quàm Græcæ linguæ tradere (u). Hæc momenta hujus sententiæ.

Sed ejus assertores consueto supercilio stultitiæ damnat Isaaci Vossius (x), & contemptu potius quàm refutatione dignos judicat. *Stulti simus si istiusmodi delirius aliquid reponamus.* Imprudens tamen ille adversariis suis, quos tantopere traducit, arma subministrat, defendens, Græcum sermonem vernaculum fuisse Palæstinorum

B Je-

n Erasmi in Matth. 6. 2. & 5. 22. & 8. 22. & 19. 5. Apol. ad Stuni- cam, Cajet ad Matt. 1. 23. Calvin. ad Matt. 2. 6. Gomar. Dissert. Oper. tom. 3. p. 513. Lig- foot. Hor. Hebr. ad Matth. 1. 23. Vttaker. Schmitt. Fraesen. Dis- quis. p. 661. 662. Beza ad Matth. 1. Ca- saubon. in Ba- ron. Illyric. Cleric. Dissert. 3. in suam Concord. Ev. alii plures. o Hieron. l. 2. de Script. Ec- clesias. & in Matth. 12. p. Idem qua- sat. in qua- tuor Evangel. q Hieron. in Commen. in. Matth. 12. r Orig. hom. 8. in Matth. in Edit. Latin. s Epiphani. ha- res. 29. t Idem hares. 30. & 51.

u Vide Jeroso- lyn. Megillat, fol. 9. apud Ligfoot. in. Matth. Hor. Hebr. Vide & Bynæ de Nata- li Christi l. 1. c. 1. art. 15. x Isaac. Voss- ius Prafat. Append. in l. 2. de 70. In- terpret.